

## I, 6. De dignitatibus non concupiscendis

Propterea quidem sanctissimi uiri cum seculares tum ecclesiasticas dignitates aut omnino recusarunt aut inuiti coactique susceperunt. Sciebant enim, quanto quis altius euectus fuerit, tanto propius periculo esse ne cadat, et si ceciderit, grauiorem ruinam fore; honoris gradum superbię irritamentum et inanis glorię materiam esse, nisi ita caute adeatur ut is qui episcopatum desyderat, iuxta Apostolum, opus bonum desyderet, non honorem, et labores, non delicias, neque preesse, sed prodesse cupiens, seruum se et ministrum hominum constituat propter Christum. [...]

*S. Gregorius  
papa*

Gregorius quoque pontifex quam grauatim Ecclesię gubernandę subierit onus, hec res indicio est. Quod cum illud palam repudiare sibi integrum non esset inhibente populo, clandestina fuga ab Vrbe decedere decreuit. Et cum exitum omnem diligenti septum custodia uideret, dolio se condi et exportari fecit. Tum proximi montis uastam solitudinem penetrans antrum quoddam adiit, satis ibi se latere sperans. Ceterum cum quereretur, lucida nubes loco incumbens prodidit latentem. Inuentus ergo in sedem quam fugerat rediit, non tam ab hominibus quam a Deo miraculo testante electus. Vt igitur Deo soli obediret, non ut sibi blandiretur, ad tantę rei gubernacula manum porrexit.

## I, 6. O tome kako ne valja žudjeti za visokim položajima

Baš iz spomenutih su razloga<sup>19</sup> presveti ljudi ili uopće odbili što svjetovne što crkvene visoke položaje, ili su ih prihvatili, ali protiv svoje volje i pod silu. Znali su naime da je, koliko se tko više uzdigne, toliko bliže opasnosti da padne i da će, padne li, njegov pad biti to teži.<sup>20</sup> Jer korak prema časti poticateljem je oholosti i povodom isprazna slavljublja; osim ako se časti ne prilazi tako oprezno da onaj tko čezne za biskupskim položajem čezne uistinu, prema riječima Apostolovim, za dobrim djelovanjem, a ne za čašću,<sup>21</sup> i za napornim radom, a ne za ugodnostima te je, želeći ne da bude ispred drugih, već da bude od koristi drugima,<sup>22</sup> odlučio biti slugom i pomoćnikom ljudima zaradi Krista. [...]

Kako je i papa Grgur teška srca preuzeo na se teret upravljanja Crkvom, dokazom nam je ovaj događaj. Budući da mu tu čast nije bilo moguće javno odbiti jer mu to narod ne bi bio dopustio, odlučio je krišom pobjeći iz Rima. No kad je vidio da su svi izlazi zatvoreni i brižno čuvani, dao se zatvoriti u bačvu i tako iznijeti. Potom, zašavši u prostranu pustoš obližnjeg brda, uđe u neku špilju nadajući se da će tu biti dobro sakriven. Međutim, kad su ga pošli tražiti, izdade ga svijetao oblak što se nadvio nad mjesto gdje se on skrivao. Kad su ga dakle pronašli, vrati se na stolicu s koje je bio pobjegao jer je to čudo posvjedočilo da ga nisu izabrali toliko ljudi koliko upravo Bog. Da bi se dakle pokorio jedinomu Bogu, a ne da bi sebi polaskao, prihvatio se kormila Crkve i tolike odgovornosti.

*Sv. Grgur  
papa*

<sup>19</sup> O njima se govori u prethodnom poglavlju (I, 5): "O tome kako treba težiti za pobožnošću". (B. L.)

<sup>20</sup> Sličnu misao nalazimo već kod rimskoga pjesnika Horacija (*Ode*, II, 10, 9 i d.), a Marulić je izriče i u pismu prijatelju Tomi Nigeru kojim mu posvećuje svoj *Dijalog o Herkulu*.

<sup>21</sup> Prema 1 Tim 3,1.

<sup>22</sup> U izvorniku je igra riječi: *præsse* – *prodesse*, koju nije moguće adekvatno izraziti u prijevodu.

At nunc quibus artibus is honos ambitur quae aditur temeritate, dolendum magis quam dicendum puto. Sed ut nihil aliud pro uero affirmare ausim, neminem tamen aetas nostra ex iis qui eliguntur uidit recusantem.

S. Cęlestinus  
papa

Ante hac autem et Quintus Cęlestinus, cum menses sex rexisset Ecclesiam, pontificatum, quem Caroli regis sollicitationibus agitatus acceperat, tam libenter deposuit quam inuitus gerebat. Hinc primum degenerantis curię signum apparuit, quoniam tantę integritatis uir a nemine, ne id faceret, interpellatus est aut, cum fecisset discessissetque, reuocatus nisi ab eodem, cui ob uirtutem charus fuerat, rege; quanquam ille solitarię uite, quam repetebat, captus dulcedine nullius iam dissuasionibus a proposito moueri potuisset, quoniam nec regis motus est. Id neque improuide neque inconsulte factum facile uel uno argumento probari potest, quod magis deinde miraculis claruit quam tunc pontificatu et tandem in numero sanctorum est habitus. Quis adeo mentis impositus est ut proposita sibi optione non mallet eius priuati habere conuersionem quam aliorum in dignitate constitutorum honorem, in cellula latentis consolationem quam in cathedris sedentium potentiam, opes, delicias, luxum? [...]

## I, 7. De auaritia uitanda

At uero, quia plerique religionis habitum induunt non ut Christum, sed ut pecuniam lucrentur, quibus dicitur: *Non potestis Deo seruire et mammonę*, eorum auaritię sanctorum continentiam opponamus, ut, qui pie

Međutim, kakvim se sve spletkama nastoji danas doći do te časti ili pak s kakvom joj se lakomislenošću prilazi, mislim da treba više žaliti negoli o tome govoriti. Ali da se ne bih usudio ustvrditi išta drugo osim ono što je istina, u naše vrijeme ipak nismo vidjeli da se itko od onih koji se biraju zahvalio na toj dužnosti.

A u prošlosti se i Celestin V, koji je šest mjeseci upravljao Crkvom, odrekao papinstva, što ga se prihvatio na usrdno nagovaranje kralja Karla, i to ga se tako lako odrekao kao što ga je nerado obnosio. U tome se pak pokazao prvi znak izopačenosti papinskog dvora jer toga tako čestitog čovjeka nitko nije spriječio da to učini niti ga je, kad je to učinio i povukao se, pozivao natrag doli onaj isti kralj kojemu je bio drag zbog svoje kreposti. Pa ipak, njega, koga je osvojila sladost samotničkoga života, za kojim je ponovno čeznuo, nitko više ne bi bio mogao skloniti ni odvratiti od njegove odluke kad ga ni kralj nije uspio skloniti. No da to nije učinio ni nesmotreno ni nepromišljeno, lako se može dokazati već time što je potom još većma došao na glas sa svojih čudesa negoli tada dok je bio na dužnosti pape te je naposljetku bio uvršten među svece. Tko je dakle toliko nerazuman da ne bi volio, kad bi mu se dalo da bira, živjeti životom neslužbene osobe kao on negoli uživati čast drugih koji se nalaze na uglednom položaju? Tko ne bi volio imati utjehu onoga koji se krije u svojoj ćelijici negoli moć, bogatstvo, ugodnosti i raskoš onih što sjede na poglavarskoj stolici? [...]

*Sv. Celestin  
papa*

## I, 7. O tome kako se treba kloniti gramzivosti

Međutim, budući da mnogi oblače redovničku odjeću ne zato da steknu Krista, već novac, a takvima je rečeno: "Ne možete služiti Bogu i Mamonu"<sup>23</sup>, suprotstavimo njihovoj gramzivosti svetačku uzdržljivost, kako bi

---

<sup>23</sup> Mt 6,24; Lk 16,13.